



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Proditor quis dicatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sit per judicem ecclesiasticum , vel contra iterum puniri . Si crimen est grave , pro quo est imposta pena spiritualis , & temporalis tener Abb. quod sic , in d. cap. cum sit generale . n. 1. quem sequuntur Barto. in l. placet . n. 6. & 7. C. de sacrosanct. Eccl. & ibi Bal. num. 15. & c. felicis . 5. per hoc . quoque de pœn. in 6. quem Abb. dicit multum notabilem . in c. sua . nu. 5. vers. sed in contrarum est rex . de procus . & hæc conclusio , recipit distinctionem , quia , aut per diversas leges imponuntur diversæ pœnae pro eod. delicto omnino separatae , & impositio unius non tollit aliam . ut d. capit. felicis l. qui se pulchra . C. de sepul. vio. & Bal. in l. data opera . nu. 3. C. de iis qui accus. non poss. Aut pœnae non sunt diversæ , sed omnino similes , & tunc , si pœna à judge Ecclesiastico inflicta fuit sufficiens ad criminis punitiō nem , eo casu non potest iterum delinquentis à judge seculari puniri . Abb. in e. tua . num. 6. vers. & recitat , ibi de precurs. & Covare. in l. 2. var. resol. c. 10. num. 6. circa fin. ne de unius hominis delicto sape queratur l. li- set . 5. infactum . ff. naust. cap. & slab. & Abb. in d. c. tua . n. 5. vers. idem dicit Hofs.

Constitutio prætata super ecclesiastica immunitate edita plura personarū genera excipit , quæ eadē nō gaudent immunitate .

Primò non gaudent publici latrones , & dicuntur publici latrones , qui in itinere publico , vel mari furtæ committunt . arg. text. in l. capitulum . 5. grassatores . & 5. fa- mosos ff. de pœn. & Farinac. in sua prax. crim. par. 1. tom. 2. q. 28. n. 50. viarumque gra- satores , qui itinera frequentata , publicasue stratas obſident , ac viatores ex insidijs ag- grediuntur . c. sicut antiquitus . 17. qu. 4. & melius c. inter alia . de immunit. eccl.

Secundò depopulatores agrorum . eo. c.

inter alia ubi etiam gl. penul. & facit l. 1. C. quan. lic. unicui.

Tertiò , qui homicidia , & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis , earumve coemeterijs committere non verentur . cap. fin. ubi Abb. & alijs de imm. Eccl. Boer. dec. 209. num. 3. & Clar. in prax. crim. 5. fin. qu. 20. ver. item quero.

Quartò qui proditoriè proximos occi- dunt . Exod. c. 21. ibi , si quis per industriam proximum occiderit , & per infidias ab al- tati meo eyellas eum , ut moriatur , & cap. 1. de homicid.

Quintò assassini , de quibus in cap. 1. de homic. in 6. qui nec gaudent immu. Eccles. ut post per alios per ipsum citatos idem Farinac. ea. qu. 28. nu. 26.

Sextò pro crimine hæresis inquisit . Abb. in dicto cap. inter alia num. 6. de immunit. Eccles. & Covare. in lib. 5. var. resol. c. 20. vers. decimoquarto sub. nu. II.

Septimò rei criminis læse Majestatis in ipsammet personam Principis . Gig. in tract. de erim. laf. Majest. lib. 3. qu. 3. Dec. in tracta crim. lib. 6. cap. 28. nu. 23.

Dubitari enim potest , tan mulieres , quæ partum exponunt , seu alio modo occidunt si detecto flagitio , in ecclesijs se recipiant , gaudent ecclesiastica immunitate , & licet iste casus sit de arduis , tamen gaudent ecclesiastica immunitate , quia delictum hujusmodi sub nomine eorum , qui proditoriè occidunt cadere non po- test , cùm proditio non cadat contra per- sonam infantis , quæ non habet velle , nec nolle , sed contra eum , qui fidem alterius sequendo , æditur , tan ut , quando aliquis u- num habet in verbis , & aliud in corde , persecutiens locum in via , offendens con- vivam sedentem in mensa , occidens ali- quem